



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Canones de sacramento extremæ Vnctionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

α CANON XI. Quoad externam politionem. ] Quoad forum exte-  
rius intelligunt P. Henric. in sum. p. i. li. 6. c. 14. in princip. P. Paul. Co-  
mitol. resp. Moral. li. 1. q. 25. n. 10.

α CANON XII. Vide Bellarm. tom. 2. controuers. lib. 4. de Pœnit.  
P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 7. nu. 2. & n. 95.

α CANON XIII. Vide Sayr. de Sacram. in genere li. 2. c. 2. q. 9. ar. 3.  
verf. Quo supposito, P. Soar. tom. 4. disp. 37. lect. 1. Valent. disp. 7. q.  
14. punct. 2. Bellarm. li. 4. de Pœnit. c. 3. cum sequentibus.

α CANON XV. Vide Nauar. in Manual. c. 26. nu. 20. cum seqq. &  
in c. contrarium, de Pœnit. dist. 5. num. 18. P. Ægid. de Sacram. tom. 2.  
disp. 10. nu. 62.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ  
Vnctionis.

CANON I.

a *supr. de hoc  
sacramēto in  
prin. & c. 1.  
b Mar. 6.  
Iac. 5.*

α Si quis dixerit, extremam Vnctionem non esse verè &  
propriè Sacramentum, à Christo Domino nostro institu-  
tum, & à B. Iacobo Apostolo promulgatum, sed in-  
stitutum tantum acceptum à Patribus, aut figmentum huma-  
num: anathema sit.

CANON II.

c *supr. c. 2. de  
hoc Sacram.*

α Si quis dixerit, sacram infirmorum & Vnctionem non  
conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare in-  
firmos, sed iam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia  
curationum; anathema sit.

CANON III.

d *supr. c. ult.  
Concil. Cabi-  
lon. c. 28.  
e Iac. 5.*

α Si quis dixerit, de extremæ Vnctionis ritum & vltim-  
quem obseruat sancta Romana Ecclesia, repugnare sen-  
tentia B. et Iacobi Apostoli, ideoque eum mutandum,  
postque à Christianis absque peccato contemni; ana-  
thema sit.

CANON IV.

f *d. c. ult.  
Iac. 5.*

α Si quis dixerit, f. Presbyteros Ecclesiæ, quos B. Iacobus  
adducendo esse ad infirmum inungendum hortatur, non  
esse sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed arate sententia  
in quavis communitate; ob idque proprium extremæ Vn-  
ctionis ministrum non esse solum sacerdotem; ana-  
thema sit.

REMIS-

REMISSIONES.

CANON I.

Vide Doctores citatos supra cap. 1. & P. Vasquez in 3. p. D. Thomae, tom. 2. disp. 135. num. 4.

CANON II. Vide Sayr. de Sacram. in genere, lib. 5. cap. 1. q. vnic. art. 2. ver. De Sacramento Extreme Vnctionis. Perr. Ledesm. in sum. 1. p. tract. de Sacram. Extreme Vnctionis, cap. 1. concl. 1.

CANON FIN. Vide P. Valeri. Regin. in praxi fori pœn. lib. 2. §. 11. 60. & plures Doctores, quos citavi supra, cap. 3.

DECRETVM DE REFORMATIONE.

PROOEMIUM.

Irreprehensibiles sint omnes clerici ad curam animarum constituti: qualiter eos commoneere debebunt Episcopi, vt sanctè ministerium suum impleant secundum præscriptam hic legem.

Cum proprie Episcoporum munus sit, a subditorum Communium vita redarguere; hoc illis præcipue cauendum erit, ne Clerici, præsertim ad animarum curam constituti, criminosi sint, neve in honestam vitam, ipsis conuenientibus, ducant. Nam, si eos prauis & corruptis moribus esse permittant, quo pacto laicos de ipsorum vitis redarguent, qui vno ab eis sermone conuinci possent, quòd Clericos ipsis patiantur esse deteriores? qua etiam libertate laicos corripere poterunt sacerdotes; & cum tacite sibi ipsi respondeant, eadem se admisisse quæ corripiant? Monebunt propterea Episcopi suos Clericos, in quocumque Ordine d fuerint, vt conuersatione, sermone & scientia, commisso sibi Dei populo præeant, memores eius quòd scriptum est: e Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Et iuxta Apostoli vocem: f Nemi dent vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium eorum, sed in omnibus exhibeant se, sicut ministros

a Sic præfatur sero Conc. 9. Teletanum. Supra Sess. 6 de refor. c. 3. b 1. Cor. 9. c. quid autem, 1. q. 1. c. c. vlt. 25. dist. 2. vlt. tantum. 26. dist. c. sicuti & g. necesse, 47. dist. c. in sacerdotibus. 61. dist. Leti. 11. 1. l. est. 1. & c. propofuisti, 1. dist. d Sess. 12. c. 1. c. Isa 2. h 2. Cor. 6. in prin.

L 5 Dei;

Incil. In  
declara  
ment. in d  
vna